

omni tradito atque concedo in aeterna traditione et offere ecclesiae majori Sabinaensi et ipsius
beatissimo Episcopo et successoribus in sanctissima cathedra Sabinaensi. Casam cum ingressu
curtis quam inhabitat in monte Lepree, ubi novae Casporeae fuit edificata, collem
Anthemii, collem Guidonis, castellum Guidonescam, et curtem Bortaldam cum
ipsarum curtiarum ecclesiis casis vineis, olivetis, heris, campis, pratis, vallibus,
collibus, montibus, plagis, planitiis, limitibus, parvis, silvis, salibus cum
arboribus fructiferis et infructiferis, fontibus, rivulis, aquasolibus, moleculis,
aquasumque decursibus et quibuscunque ad ipsas curtes pertinentibus in comitatu
Sabinaensi, et eadem aeterna traditione beatissimo Episcopo Sabinaensi a Gabinentibus
et Theophilantibus se restituunt, sicuti ipsorum sanctissimi Episcopi antecessores
ad directam civitatem Tivoli ejusque sanctissimam Sabinaensem cathedram
Ursariam valis locupletatae a magno augusto Theodosio etiam omnes domos
comitatus Sabinaensis a multo tempore possideant. . . . quicquid est necessarium
sanctissimae cathedrae Sabinaensi antiquae. Nobilissima femina Hgonissa uxor mea
dulcissima. uxor adveniens possideat et regat usufructuariarum nomine ipsarum
cum nostris filiis et ipsorum filius et ipsi discedant e villa possideant et regant
usufructuariarum nomine filii nostri et ipsorum filiorum masculi et descendentes
masculi cum hac divisione inter illos. Ad filios nostros Hiberardum Gosde-
ram, Berengarium, Girardum et Adelbertum decernunt casa nostra cum in-
gressu curtis et forti arce in civitate Praenestina cum omnibus casalibus
et heris in Praenestensi pertinentia, casa cum ingressu curtis in civitate Ro-
mana, comitatus Phrygentis, comitatus Caerensis, casalis duciae cum heris
in Rimensi pertinentia et in comitatu Sabinaensi villa paterna in pertinentia
castri Catinae, portio nostra castri Catinae inter rivum Calentinum et flumen
Tyberis et flumen Tiberis usque ad rivum Praenestensem, decernunt a parte
Cisternae Serranensis pertinentiae atque viam decernunt a villa Cisterna
ad rivum Calentinum, castri Tiburi cum sua pertinentia in integram praeter
casam cum ingressu curtis, quae in ipsa pertinentia dicitur civitas Turi et
nostra casa cum ingressu curtis et Horto in monte Caeli de urbe. Ad alios filios
nostros Baldum, Joannem, Octavianum, Gregorium et Gisleum decernunt comitatus
Tuscanensis in integram, castrum Ghaleriae cum sua pertinentia in integram, casa
nostra cum ingressu curtis ad sanctos Apostolos et casa cum ingressu curtis ad s.
Cyprianum de urbe atque casalia nostra cum heris in Romana pertinentia cum
pertinentia Tiburtina. Casa vero nostra, quae in pertinentia Tiburi dicitur civitas
Lauri, ubi nati fuerunt beatus suprascripti filii et collae s. Angeli in ecclesiis